



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 164. Quis debeat permutationes admittere seu autorizare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

§. II. Si permutatio fiat coram Ordinario, secundum *Gonz. Barb. Castrop. T. 13. d. 6. p. 3. §. 2. n. 4.* requiritur consensus Patronorum, ad eum modum, quo n. 977. dictum est de resignatione: Si autem Patronus reclamarit, secundum *Tond. Garc. Lott. Luca*, permutatio est ipso jure irrita propter contemptum ipsius; E contra *Staph. Zerol. Rebuff.* dicunt secundum declarationem S. Congreg. satis esse requiri consensum, quamvis negetur, quod *Garc.* explicat pro casu, quo Patronus sine justa causa contradiceret, vel permutatio peteretur in magnam utilitatem Ecclesiae, in quo consentiunt *Abb. Covar. Lamb. Garc. Tond. Chok Nicol. t. 1. d. 9. §. 15.*, eò quòd tunc supplere possit Ordinarius, nec censeatur contemni Patronus. Si permutatio fiat coram Papa, adhuc dicit *Lott.* fore irritam reclamante Patrono, nisi Papa derogaret juri patronatus, quia non aliter censeatur consentire, *Luca* de benef. d. 40. n. 3. & à n. 9. Item d. 42. n. 5. Quòd si quis scienter permurtans contempserit Patronum, etiamsi addat, non aliter nec alio modo, secundum *Gratian. Rebuff. Paris. Tond.* vacat beneficium, vel in pœnam, uti vult *Garc.*, vel per privationem juris, uti vult *Francis*, & videtur consentire *Luca*, potestque præsentari alius post sententiam de nullitate inducente vacationem, *Gemin. Garc. Selv. Lamb. Lott. Luca*; Si tamen factum est ob ignoratum probabiliter patronatum, potest permurtans redire ad beneficium, etiam invito Patrono, quia nec contempsit nec ingratus fuit, *Belham. Gamb. Lamb. Garc.* Vide *Leur. q. 294. à n. 5. & dicta n. 977.* Similiter requiritur consensus Electorum, eo etiam modo, quo de resignatione dictum est n. 976.

Q. 164. Quis debeat permutationes admittere seu autorizare. R.

Mm

§. I.

§. I. Aliquis Superior, unde si auctoritate propria fiat, est simonia, cap. *Quasitum*, de rer. permut. Hanc tamen simoniam esse tantum juris humani dicunt *Sot. Maj. Less. Castrop.* aliique apud *Leur.* p. 3. q. 846., & rationem dedimus l. 3. p. I. à n. 109. Pœna autem propria auctoritate permutantium est privatio beneficii, saltem per sententiam infligenda. Vide dicta l. 3. p. 1. n. 215.

1093 §. II. Duo Episcopi, qui per dispensationem cum Episcopatibus retinuerunt beneficia, permutant hæc coram Metropolitanò: Episcopus permutat cum Capitulo coram Archi-Episcopo; ut autem Episcopus permutet cum aliis, sufficit, si habeat consensum sui Capituli, *Silv. Pirh.* l. 3. t. 19. n. 27.

1094 §. III. Authorisare permutationem inferiorum potest Episcopus loci, in quo est beneficium, Cap. un. *de rer. permut.* in 6., ad ipsum enim jure communi spectat collatio & institutio beneficiorum suæ diœcesis; potestque etiam hanc potestatem delegare alteri, *Chok. Leur.* q. 852. Item authorisare potest Legatus à latere pro sua provincia respectu beneficiorum Episcopis subjectorum: Item habentes ex consuetudine vel privilegio auctoritatem quasi Episcopalem: Item alii inferiores, si probent consuetudinem legitimè præscriptam, ea enim, quæ sunt solius jurisdictionis, præscribi possunt, *Rebuff. Chok. Leur.* q. 848. Vicarius in spiritualibus non potest hoc vi officii, *Garc. Az. Castrop. Chok. Pirh.* Vide dicta n. 1024. & *Leur.* q. 849. n. 1. Quid possint Coadjutor & Capitulum, colligi potest ex dictis n. 1024., potestque videri *Leur.* q. 849. n. 2. & 3. Item q. 713. 714.. Visitator seu administrator Ecclesiæ vacantis à Papa constitutus potest recipere & expedire tam permutationes quàm resignationes, *Chok. Leur.* q. 850.

1095 §. IV. Si beneficia sint in diversis diœcesibus, requiritur

quiritur utriusque Episcopi autoritas; non est tamen opus, ut eodem tempore concurrat, *Nicol. t. l. d. 9. §. 16. & 17.*; possetque unus Episcopus totum negotium committere alteri, *Az. Garc. Ven. sig. Tond. Chok. Leur. q. 829.*

§. V. Secluso privilegio, consuetudine aut præ- 1096  
scriptione, non possunt permutationem autorisare Collatores, etiam si sint Præpositi, Decani, Archidiaconi &c., *Nav. Rebuff. Suar. Castrop. Chok. Pirb. Leur. q. 851.*, Oppositum tamen tenent *Ang. Silv. Sot. Diana p. 10. t. 16. R. 17.*, quorum sententiam *Suar.* vocat valde verisimilem, *Castrop.* probabilem, *Pirb.* non improbabilem, quia approbatio Episcopi videtur à jure requiri in iis tantum beneficiis, quæ Episcopus ipse confert, ex quo inferunt, si collatio & institutio non spectet ad Episcopum, posse fieri permutationem sine ejus licentia, ex autoritate illius, qui confert aut instituit: quidquid sit de illa sententia, saltem sustineri non potest de iis Collatoribus, qui beneficio destituere, seu apud quos beneficia dimitti non possunt.

§. VI. Episcopus existens in Curia potest quidem 1097  
admittere resignationes, sed non conferre beneficia tum resignata, hinc nec ibi permutationes autorisare potest: si tamen beneficia sint resignata coram eo extra Curiam, poterit ea conferre existens in Curia, adeoque & expedire permutationem, *Paris. Chok. Leur. q. 853.*

§. VII. Etiam in mensibus Papalibus admitti 1098  
possunt permutationes ab Ordinariis, quia quæ vacant per resignationem, non reservantur per alternativam, uti excipit *Reg. 8. Cancel. Gonz. Chok. Leur. q. 854. n. 1.* Vide dicta n. 511.

§. VIII. Permutatio apud Ordinarium non po- 1099  
test fieri nisi inter duos, unde triangularis aut quadrangu-

drangularis erit simoniaca, v. g. si resignem tibi, ut tu Titio, & ut Titius mihi, *Az. Less. Gonz. Leur. q. 837.* Vide dicta n. 1053.

1100 Q. 165. *An causa requirantur; & quid præterea exprimi vel observari debeat in permutationibus. R.*

§. I. Permutatio apud Ordinarium requirit justam causam, nam *Cap. Quæstum*, de rer. permut., & *Cap. Majoribus*, de præb. prohibetur; & est saltem irritanda per *Const. Pii V.*, si causa non sit à permutantibus allegata & ab Episcopo cognita, *Garc. Barb. Tond. Castrop. Leur. p. 3. q. 855.* Non est tamen opus adesse causas illas, aut observari omnes condiciones relatas n. 1027. & à *Pio V.* præscriptas pro resignationibus, nam permittit permutationes fieri juxta *Canonicas sanctiones, Az. Castrop. Leur. q. 414.*

1101 §. II. Causæ justæ sunt, vel necessitas vel saltem utilitas Ecclesiæ, seu major Dei cultus: sufficit etiam utilitas aut commoditas permutantium, si hæc redundet in utilitatem Ecclesiæ, v. g. si ideo melius aut promptius Deo servient, alioquin non sufficit, *S. Th. Silv. Bellam. Barb. Garc. Ventrig. Vgol. Corr.*, quorum aliqui dicunt esse simoniacam, si fiat purè ob utilitatem privatam permutantium; est tamen satis, si cedat in utilitatem unius Ecclesiæ, dummodo non cedat in damnum considerabile alterius, *Garc. Ventrig. Pirh. l. 3. t. 19. n. 25.* Vide *Leur. q. 859.*

1102 §. III. Si permutatio fiat apud Ordinarium, non est opus exprimere alia beneficia, quæ permutantes habent; si apud Papam, opus esse dicunt aliqui, alii negant, *Leur. q. 859.* Nec apud Ordinarium opus est exprimere qualitates beneficiorum, nisi quis sit desuper ordinatus: opus esse apud Papam, affirmant aliqui, alii negant, *Leur. q. 860.* Quamvis autem  
mentio